Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

enim populus sacrificabat et adolebat
incensum in excelsis. Pacemque habuit
Iosaphat cum rege Israel. Reliqua
autem verborum Iosaphat et opera eius
que gessit et prelia, nonne hec scripta sunt
in libro verborum dierum regum Iuda? Sed
et reliquias effeminatorum qui re
manserant in diebus Asa patris eius
abstulit de terra. Nec erat tunc
rex constitutus in Edom. Rex vero Io
saphat fecerat classes [struck] in
mari que navigarent in Ophyr
propter aurum et ire non potuerunt quia
confracte sunt in Asyongaber. Tunc
ait Ozias filius Achab ad Io
saphat: Vadant servi mei cum ser
vis tuis in navibus. Et noluit Io
saphat. Dormivitque Iosaphat
cum patribus suis et sepultus est cum
eis in civitate David patris
sui. Regnavitque Ioram filius
eius pro eo. Ozias autem filius
Achab regnare ceperat super Israel
in Samaria anno xvii Iosaphat
regis Iude, regnavitque super Israel
duobus annis. Et fecit malum in
conspectu domini et ambulavit in via
patris sui et matris sue et in via
Ieroboam filii Nabath qui pecca
re fecit Israel. Servivit quoque Ba
al et adoravit eum et irritavit
dominum deum Israel iuxta omnia que fecerat
pater eius.

Incipit liber quartus [illegible]

Liber i Regum quartus

Prevaricatus est autem Mo
ab in Israel, postquam
mortuus est Achab. Ce
cidit Ozias per can
cellos cenaculi sui quod habebat
in Samaria et egrotavit. Misitque
nuncios dicens ad eos: Ite consulite
Belzebub deum Accaron utrum
vivere queam de infirmitate mea
hac. Angelus autem domini locutus est ad
Helyam Thesbitem dicens: Surge
et ascende in occursum nunciorum regis
Samarie et dices ad eos: Numquid non
est deus in Israel ut eatis ad consulendum
Belzebub deum Accaron? Quam ob
rem hec dicit dominus: De lectulo super quem
ascendisti non descendes sed morte
morieris. Et abiit Helyas. Reversi
que sunt nuncii ad Oziam. Qui dixit
eis: Quare reversi estis? At illi respon
derunt ei: Vir occurrit nobis et dixit
ad nos: Ite et revertimini ad regem
qui misit vos et dicetis ei: Hec dicit
dominus: Numquid non erat deus in Israel quod
mittis ut consulatur Belzebub deus
Accaron? Ideo de lectulo super quem
ascendisti non descendes sed morte
morieris. Qui dixit eis: Cuius
figure et habitus est vir ille qui occur
rit vobis et locutus est hec verba? At
illi dixerunt: Vir pilosus et zo
na pellicea accinctus renibus.
Qui ait: Helyas Thesbites est.
Misitque ad eum quinquagenarium
principem et l viros qui erant
sub eo. Qui ascendit ad eum sede
ntique in vertice montis ait: Homo
dei, rex precepit ut descendas. Re
spondensque Helyas dixit quinquage
nario: Si homo dei sum descen
dat ignis de celo et devoret te et
l tuos. Descendit itaque ignis
de celo et devoravit eum et l qui
erant cum eo. Rursum misit ad eum

Ignis missus e celo [illegible] descendit

principem quinquagenarium